



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Militarivm Ordinvm Origines, Statvta, Symbola, Et
Insignia, Iconibus, additis genuinis**

Mennens, Frans

Maceratae, 1623

Ordo Eqvitvm Stellæ in regno Galliæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10718

erant, nobili Nodo, auro, argentoq; intexto ad pectos strictè vincèo insigniti fuere, eademq; tessera, quæ tunc temporis in vñ erat, amicti cum quadam etiam iusurandi forma. Sicq; institutus fuit insignis Equitum Nodi ordo. Et hæc præter citatos Auctores legi in quodam opusculo cui Titulus est ORDINES, ET SOCIETATES militares Regni, Auctore quodam Nicolo Anello Pacca Neapolitano. Aliorum nominæ exillis Equitibus, qui tunc tanto honore habiti sunt digni, nè posteritas ignoret, liceat hic ex eodem Pacca subintexere. Ludouicus Rex Institutor, Robertus Tarenti Princeps eius fratris primogenitus, Barnabas Vicecomes mediolani princeps, Thomas Sanseuerinus Comes Marsici, & Sandi Seuerini Regni magnus Comes stabulus, Robertus Vrsinus Comes Nola Regni magnus Lusitanius, Goffredus Marsianus Comes Squilacij Regni magnus Admiratus, Erricus Caraczolus Comes Hiracij Regni magnus Camerarius, Nicolaus Acciaiolus Regni magnus Senescallos, Honoratus Gaetanus Comes Fudorum Ioannes Sanframundus Comes Cerreti, Guglielmus Baucius Comes Noye, Raimundus Baucius Comes Solesti Loysius Sanseuerinus, Gualterius Caraczolus Viola, Philippus Carraczolus Viola, Franciscus de Loffredo, Robertus Siripannos, Guglielmus de Tocco, Iacobus Caraczolus, Ioannes de Burgentia, Bartholomeus Caraczolus Carrasa, Ligerius Caraczolus Carrasa Ioannellus Caraczolus Carrasa Ioannellus Buczuinus, Matthaeus Buccaplanula, & Christopherus de Constantio.

O R D O E Q V I T U M Stellæ in regno Galliæ.

Nicolaus
Vigner. 10.
3. bibl hist.
p 524.

Ioannes Valesius Gallorū Rex prælio Piëtaiensis, sua & regni calamitate notissimus, Epiphaniæ seu Stellare Equitum Sodalitium Anno 1352. mensē Octobri auspicatus est, Sodalesque dicti fuere D. Virginis de nobili domo D. Audoeni. Ita enim voca-

batur castrum illud, quod plus minus duobus millibus abest ab vrbe Parisiensi, palati Clichiani nomine olim appellatum, vbi sedes primaria ordinis constituta, ædesque sacræ Equitibus cum omnibus publicatis bonis, & sportulis futuris attributæ. Proceribus ordini initiatis signū stellæ collari aureo, (quali Ioannes Aureliensis primus Comes Dunensis, filius Ludouici Ducis, Caroli VI. fratri in palatio Longo vallorum Principum insignitus conspicitur) appensum, seu togæ capitio locoue conspicabiliori præferre est datum, addito symbolo monstrant Regibus astra viam. Vnde tam honorificam stellæ celebritatem credibile est ortam fuisse, à commemoratione diuini illius syderis, non fabulosi illius Tyndaridum, sed noui illius, & vt Theologi volunt, recens cum Christo nato ad cunas eius illustrandas creati, quod Magos ab Oriente præuij Ducis instar, in partus locum nati filij Dei perduxit. At multitudo gregariorum, qui falsis titulis irrepsérant, cum vilescere paulatim hic ordo cœpisset, & Carolus Ioannis filius palati custodibus signum illud deserendum tradidisset. (Ita ferre res humanæ à præclaro initio degenerare consueuerunt) in eius locum D. Michaelis ordo, quod Gallia peculiari tutela genium illum custodem imperij sui agnoscat, suffectus cst. Stellæ porrò insignia vti ea Equites deferre solent, nec non vasis Lilorum, Canis, Galli, Draconis præcipitati, Coronæ Spiceæ, Hystricis, Leonis alati (qui Venetorum Equitum tessera est) in capite libri exprimenda curauimus.

..

..

Insignia et
Symbolum
Equitum
Stelle. Cl.
Paradinus
in Symbolis
heroicis.

Bodin. in
Rep. cap. 4.
Onuphrius
Panuinius

Insignia
Equitum Li-
lii Canis,
Galli Dra-
conis, Spi-
ceæ, Hytri-
cis & Ve-
netorum.

ORDO